

Túri Dániel mezőberényi református lelkipásztor 1846-ban az 1809 és 1889 között használt gondnoki számadások jegyzőkönyvébe bemásolta Skolka András mezőberényi evangélikus tanító Mezőberényről írt helytörténeti munkáját. Skolka műve 1806-ban jelent meg nyomtatásban *Programma quo examen publicum* címmel, illetve részletek magyarul is napvilágot láttak a Hazai Tudósítások című folyóiratban. Nem egyértelmű viszont, hogy Túri a nyomtatott példányból dolgozott vagy egy kézirat verzióból, ugyanis a szöveg bevezetőjében megemlíti, hogy 1846-ban találta meg Skolka művét, amelyből arra lehet következtetni, hogy Mezőberényben ekkor Skolkának valamilyen kézírata került elő. Ezt erősíti meg az is, hogy a szöveg végén részletes magyarázójegyzeteket közölt.

A szöveg összefoglalja Mezőberény történetét, amelyen belül vázlatosan ismerteti a református gyülekezet múltját is. A szöveg másolója szerint Mezőberény település neve már régebb óta ismert, a helység első telepesei is ezt az elnevezést használták, amelyre bizonyítékkul szolgál az a harang amelyen a következő szerepel: „A mezőberényi sz[ent] eklézsia öntötte 1703 Békés vármegyébe”. Mezőberény első lakosai magyarok voltak, de az 1700-as években a felvidéki megyékből evangélikus szlovákok költöztek, akik a Körös folyó után Körösberénynek is nevezték a települést.

Skolka megadja Mezőberény akkori területét négyszögre átszámítva:

1. Bent a faluban – 279.813 négyszögöl
2. Kenderföldek – 61.000 négyszögöl
3. Legelő – 19622.400 négyszögöl
4. A Körösök folyómedre – 294.000 négyszögöl
5. Új határrendezés utáni területek – 19.200 négyszögöl
6. Szőlőterület – 585.200 négyszögöl
7. Úrbéres szántók és rétek – 16455.900 négyszögöl

Ez mind együttesen 37 317.513 négyszögöl.

Mezőberény területe három részre oszlik, ezek Berény, Nemeskerek és Félhalom. Nemeskerek lakosai egykor szlovákok voltak, akik a gyakori áradások miatt kényszerültek Endrődre költözni. Félhalom pusztaként állt, területét legelőként, illetve rétként hasznosították.

Mivel a lakosok szántóföldjeik a lakóhelyüktől távol terültek el, így szántók közepére ún. szállásokat (majorokat) építettek. Mivel a település lakosai számára Mezőberény nem rendelkezett elégséges kiterjedésű földterülettel, így a Kiskamut és Bélmegyer pusztá földjeit vették bérbe, 1806-ban 1575 holdat.

A következő terményeket termelték:

- Tiszta búza, amely tárolására gabonavermeket készítettek
- Rozst kisebb mennyiségben
- Árpa
- Zab
- Tengeri, melyet igen nagy mennyiségben termesztettek, az ugar pótlására is vetették. Telente a „pattant kukoricát” szívesen fogyasztották. A kukoricából készült lisztet édes fánk, málé készítéséhez használták
- Burgonya
- Bor, mely az orosházi után a legjobb a megyében, de mivel csak kevés terem, más területekről kell a bort beszerezniük
- Kender
- Káposztatermelésre nem alkalmas Mezőberény földje, így azt a szomszédos településekről vették

- Fa kevés volt, így azt a borhoz és a káposztához hasonlóan más területekről kellett a lakosoknak beszerezniük, legtöbbször Szolnokról és Aradról
- Az állattenyésztés szegényes a legelők hiánya miatt
- A Körösből rákokat, pontyot és csukát fognak
- A méhészet jövedelmező és fejlődő

Mezőberényben a 19. század elején 964 ház állt, amelyek közül 31 ház az uradalomhoz, a településhez, vagy pedig az iskolák közé tartozott. A többi a település lakosainak a tulajdonában volt. Berényben épült fel a Wenckheim család nyári rezidenciája, mely a piactéren állt és 14 szobával rendelkezett. Az uradalmi gabonaraktár a falu külső részén helyezkedett el. A település híresebb épületei közé tartozott a berényi gimnázium. Az iskola épülete Zacharias Oertel korábbi tulajdona volt. A faluban 22 malom volt, ebből 5 Mezőberényé, 6 a három egyházé, 2 pedig a latin iskoláé.

Három templom volt található a településen:

- Evangélikus: a szlovákoké, 1797-ben szentelték fel, 3 harang található tornyában
- Német evangélikus templom: ez a falu közepén áll, 1787-ben szentelték fel, korábban a szlovákokkal közös templomot használtak
- Magyar református

Skolka megadja az 1805-ben készített egyházi adatok alapján a népességmegoszlást is:

- Evangélikus szlovákok: 631 család; 2751 lakos
- Evangélikus német: 330 család; 1718 lakos
- Református magyar: 270 család; 1206 lakos
- Nem egyesült románok: 106 lakos
- Római katolikus ülnökök: 46 lakos

Összesen: 1231 család; 5791 lakos

Skolka szerint Mezőberény legrégebbi nácója a magyar, akik Biharból és a Kunságból települtek be. Már 1702-ben volt lelkipásztoruk, Dájay János. A század elején még nem rendelkeztek rendes templommal. A második letelepülést követően a lelkipásztorok: Mándoky János, Dávidházy János, Szallay István, Berhida János, Baksy János, Molnár János. A magyar református iskolában két tanító dolgozott – külön a fiúk és a lányok számára. Előbbi Nagy András, utóbbi Molnár János.

Az evangélikus szlovákok a szomszédos Szarvasról telepedtek át. 1723-ban már saját templommal rendelkeztek. Első lelkészük N. Konic, majd ezt követően N. Farkas, Chovan Márton, N. Burian, s Petkó Sámuel, Zacharides Dániel.

A lutheránus evangélikus németek Elzászból települtek Mezőberénybe 1721 és 1725 között, számukat a Pest megyei Vadkertből érkezők is kiegészítették. Lelkészük 1745-től Rudolph Walther, 1771-től 1784-ig pedig Ferdinand Oehs volt.

[p. 70.] MezőBerény helységéről hiteles adatok a régibb időkől, melyek 1846dik évben találtatván meg, ide emlék okáért lemásoltattak.

Programma quo examen publicum die 1 Julii a[nn]i 1806 celebrandum, nec non novum cursum scholasticum die 1 Septembris a[nn]i c[urrentis] inchoandum fautoribus rei litterariae ac juventutis scholasticae humillime indicat Andreas Skolka, scholae senioralis MezőBerényiensis rector, et eruditorum in re Botanica Ratisbonensium collega. A[nn]o millesimo octingentesimo sexto.

Pagellas hasce typis mandaturus meum mihi consilium sequi videor, cujus me ante biennium collegis per patriam nostram scholasticis auctorem praebere ausus sum.

Et enim opinionem quae me tunc de augendis scriptionibus ejusmodi publicis tenuerat, hucusq[ue] tueor, idq[ue] nulla tenus a me impetrari possum, ne credam earum maximum in rem nostrum litterariam fore momentum. [...] [p. 71.] ea nunc consilii mei ratio ut sedem jam habitationem et scholae nostrae breviter describam, parentibus saltem, qui prolem suam diloctam disciplinae nostrae concredere solent *rem ut spero non planè ingratam facturis*. Quo quidem – ut supra. Quo quidem in negotio uti mihi licet opera, et consilio venire item ac clariss[imi] domini Zachariae Oertel, possessionis hujus in re sacra a viginti annis antissitis optime meriti, et in ferendo onere scholastico, quad hic pia mente recolo, mihi jam in annum quartum socii, eruditi, indefessi voluntarii.

Quare si quid meriti tibi l[iber] b[aro] in brevum hanece possessionis nostrae adumbrationem ponere placuerit, id praeclaro viro huic omni jure attribues. g.)

Possessio MezőBerény

In medio plane incl[itus] comitatus Békésiensis sita, et cum Tarcsa et Csaba ex omnibus unica, quae nulla ex parte in confiniis suis cum aliis comitatibus converit.

Distat ea 2 ½ mill[iaria] Hungarica Csaba versus septemtrisem: 4 Gyula, et 1 ¼ Békésino versus occidentem. Inter reliquas incl[itus] comitatus 20 possessives si ambitum pagi et populi frequentiam respexeris, quintum facile post Csabam, oppida Gyula, Szarvas et Békés, locum obtinet situs tamen salubritate et agrorum ubertate nulli certe secunda. Nemorum quidem et silvarum sallibu ea penitus destituitur, sed pratis, vi itis et teris arabilibus undiquaq[ue] circumcepta est.

Nomen vocem Mező distinctionis causa ei additum quidam a situ loci penitus plano recenter adjectum interpretantur. h.) Pagum vero hoc nomine a primis jam ejus colonis conpellatum fuisse, inter alia, epigraphe saxi prisci limitaris, ante hos 20 annos eruti luculenter docet: quacum exacte converit inscriptio campanae [p. 72.] minimae coetus sacri reformatorum. i.) Quae ita habet: A mezőberényi sz[ent] eklézsia öntötte 1703 (azaz 1703) Békés vármegyébe.

Alia campana eccl[esi]ae evang[e]licae nationis Slavorum. k.) Indicio est a tempore secundae pagi per colonos occupationis, denominationem KörösBerény. l.) Etiam ista usum non fuisse, cui inscriptum legebatur: Buterer mich in Ofen a[nn]o 1723 KörösBerény evang[elicus].

Inhaeret praeterea adhuc pago pseudo – nomen. KisBerény (hung[aricis] Berinke, slavice Berincek) ambitui ejus hodierno nomine congruum. m.) Fluvius. Qui fines nostros orientales et septemtrionales sinibus centenis oberrat, Krisius est. Ex tribus suis partibus, veloci, nigro et albo hic demum unus. Cum ripa ejus imam fere horam a pago distet, commodis nostris in piscatione solum, et lignariis inserit, verum essus super ripas campos segetesq[ue] opperiendo iis maximopere officit.

Territorium habemus ab ortu agro Békésiensi et praedio BélMegyer vicinum, ab austro arvo Békésiensi finitimum, ad occidentem terris Gyomensibus et Endródiensibus proximum, et septemtrionum versus ruri Tarcsiensium et Ladányiensium accedens.

Maxima ejus longitudo Szarvasinum et Gyomam versus protenditur.

Comprehendis vero superficies ejus si ad quadratas orgias eam reduxeris:

1. In pago ipso – 279.813 orgias.
2. In cannabeto – 61.000
3. In pascuo – 19622.400
4. In alveo Krisii – 294.000
5. In complemento novo – 19.200
6. In vinetis – 585.200
7. In agris et pratis – 16455.900

In summa 37 317.513 orgias.

[p. 73.] Summa vero terrarum urbario subjectarum efficit 271 3/8 sessiones. n.)

Partes territorii tres nominantur praecipue: Berény, NemesKereki, et Félhalom a possessio[n]ibus totidem diversis, quae olim iisdem quibus territorium hodiernum – circumscribebantur finibus, nomen sortitae et enim.

- a) Berény orientalis territorii pars, pago, vineis, vervacto et pascuo, locum praebens, in agris, tuguriis nostris adjacentibus, nec non arvo Békésiensium proximis haud inverta, antiquae habitationis vestigia (Telek) prodit, ita quidem ut aliqui non absq[ue] amni iudamento duplicem plane desolatum pagum, MezőBerény et KisBerény hoc in tractu quaerant.
- b) Pars septentrionalis pagum olim NemesKereki excepit, templi antiqui rudere adhuc exstante. Incolae adhuc prioris perpetuis Crisii inundationibus vexati ad praedium Endrőd habita[ti]o[n]em suam transferentes ibidem ex slavici jam nunc hungari facti sunt. Nobis hac in plaga pascua esse solent, si non ut pro dolor! Saepissime accidit, Crisius fluctibus ad recursum fere veris terram occupet.
- c) In parti[ti]o[n]e tandem Félhalom, pascuis, pratis, agris et cannabetis adaptata signa quoq[ue] desolati pagi in promptu sunt.

Solum territorii rei agresti maximopere faves, quisque quor ex agrilla copioso, humo nigro intermissa compositum est. Sabulum rarum ad ripas Crisii pone vineas in Félhalom et ad colliculum Kesfés duntaxat reperitur. In vicina pagi terra plus argillosa et nitrosa optimam lateribus ducendis et coquemis materiam suppeditat, quae a vicinarum quoq[ue] possessionum accolis frequenter quaeruntur. Primis inhabita[ti]onis temporibus, quisq[ue] terras sibi arabiles accepit quantas voluit, et loco quo lubuit.

[p. 74.] o.) Per dimensio[n]em regnicolarem, ita iubente augustissimo quondam imperatore Josepho II^o susceptam, partes quisq[ue] suas e territorio nimirum in madum olim disjectas, nunc in quavis calcatura in unum collectas possidet, qui ingenti laborum rusticorum non minus ac temporis dispendio sapienter jam praecautum habetur: Vervacta pono per eandem pago proxime admota sunt, quae tamen sedula nostrorum colonorum tri rebus oeconomicis opera, numquam quiescere sinit, sed alternis annis zeam mays (tengeri málé) copiosissimam serendo, in usum tuum adhibet.

Incommoda, quae ob nimium agrorum a pago distantiam rei rusticae nascuntur, exstructis ad agros ipsos tuguriis (szállás) quodammodo levantur, quorum eadem fere quam villarum slavicarum in comitatu Nyitriensi (Kopanice) est ratio, ita ut pagum alterum eri medio agrorum positum suspicareris. In illis maximam aetatis patem colonus cum fa[t]a transigit. Ibi pecora sua, ibi pabulum et foe[n]ale asservat. Suae constitutio et si non penitus careat incommodis p.) tamen tota quanta, rebus jam semel pro nunc ita constitutis in rem nostram est. Etenim absq[ue] tuguriis his 1^o Non sine maximo laborum et temporis dispendio rusticus e pago quotidie ad remotissimas suas terras mearet et remearet. 2^{do} Trugus jam defalcatus non sine detrimento pro tritura[ti]o[n]e (trituratione) domum deveheret id quad

etiam de pabulo valet. 3° Ob viarum malignitatem, quam prasetim sero autumnus et primo vere experimur ingentem, ita ab rure suo separaretur colonus, ut nequaquam mora, qua tunc sub arando arva idonea brevis et incerta e[ss]e solet, uti posset. 4° Accedit praeterea eri tuguriis optimam e[ss]e occa[si]o[n]em alitibus domesticis et per hyemem etiam porcis, ovibus item pecori cornuto, et equis inter tenendis. 5. Stercus praeterea fimationi inserviens ex augurio facillimo negotio ad agros devehitur. 6° Incendiorum deniq[ue] ma[ss]a foecundissima stramen et foenum ei pago remotum habetur.

Praedia. Quum vero territorium hocce multitudini et [p. 75.] industriae rusticorum minus sufficiat. Pacto redemptionis [!] duplex adhuc praedium rustici nostri tenent, et plura adhuc eodemmodo lubenter occuparent, si eorum in vicinia copia daretur.

1. Praedium Kiskamut juris nunc illustriss[im]ae familiae l[iber] b[aro] a Venheim 1800 jugera terrae optima continens, equibus communitas 1575 jugera erga censum annuum excissa habet.

2. Praedium BÉLMegyer ejusdem quidem maxima ex parte juris sed mappae geographicae KőrösLadányiensis. q.) Inscriptum, cujus nunc 2/3 seu 3264 jugera erga censum annuum nostra nunc tenet communitas, usu tamen querceti exerato, quem sibi incl[itu]m dominium retinuit. Solum hoc inaequale et diversa valde bonitatis pascuo et pratis plerumq[ue] a nostris destinatum, annis praesetim pluvia destitutis maxime nobis ob rem pecuniariam satis afflictam est momenti.

Unam tertiam partem ejus nunc Tarcenses tenent, quod vero ex eadem Vésztőienses pacto redemptum habent, ad incl[itu]s d[omi]nium Gyulense pertinet exsiccatis aliquando paludibus copiosis praedii hujus ob vicinitatem tot postessorum certe augebitur praetium.

Producta. Oeconomicae nostrae praecipua haec sunt:

1° Triticum copiosum, purum et reliquo quod in hoc comitatu colitur praestans, ac non tam magnitudine granorum, quam glumae subtilitate pistoribus et molitoribus M[agno]Váriensibus se commendans. r.) Asservatur id maxima ex parte in pavimentis. Quantitatem ejus ex numero sessiorum, horum rerum curiosus circiter eliciet. 2° Hordeum et avena etiam in magna copia apud nos colitur. 3° Zea mays nullibi forsitan ac hic fieri solet in majori quantitate producitur, quo ingens quotannis suum agmen saginatur. 4. Solana tuberosa (kolompér szalag) quibus vicinae e[ti]am possessio[n]es providentur a germanis [p. 76.] praesertim coluntur. 5° Vinum post Orosháziense in comitatu optimum, nec tamen consumptioni [!] enormi sufficient plerumq[ue] rubrum est, non quod album praemi hic non possit, seq[ue] quia color hoc colonis praeplacet. s.) Praeter vineas quae in loco sunt Berényienses etiam totam septemtrionalem Gyomensium (in praedio peculiari Kamuthiensi proximo) nec non magnam Tarcensium vinetorum partem tenent, et tamen cauponae nostrae vino etiam peregrino quotannis providei debent.

Jus [...] sic dictum epocillatio[n]is incl[itu]m d[omi]nium aequa cum communitate quoad tempus parte tenet. 6° Brassicae solum nostrum minus favet, quare necessarium hoc olus a Szeghalomiensibus et Elekiensibus emimus. 7° Res pecuniaria ob angustiam potissimum pascui et iniurias inunda[ti]onum florere non potest. Cui accidit ovium et pecorum non pro rata parte adaequata copia, qua pascua in diu magis destruentur. 8° Piscatus in Krisio nos cancris, luciis et carpionibus vel maxime providet, carnem piscium tostam piscatores valachis potissimum vendunt. 9° Eo magis resapiaria a viginti inde annis hic florere incipit, ita ut non parva summa pecuniae, pro cera et melle a Gömöriensibus mercatoribus possessio[n]em nostram intraverit. Sunt coloni qui faventibus huic rei anno et tempestate 300 R[henenses] f[loren]o negotio hoc sibi quotannis comparant. t.) Cultura vero apum simplici valde atq[ue] maxime naturali apud nos absolvitur methodo. Crates enim apum humo nuda sedent et de passis per apes in uno loco floribus, ad alium curru transferuntur alvearia. Quod si

annum favet mixtura mellis et cerae trium alvearium unam facile urnam implet. 10^o Ligno penitus destituti, Krisii solum beneficio cremiale necessarium accipimus, materiam vero aliam ligneam Aradino, plaustro advehere debemus.

Pagus. Situs loci ipsius in planitie vasta talis est, ut ab ortu, agrum saliceto Belinczeres proximum Krisius annis [p. 77.] alluat, et in duas partes dispeseat. A septemtrio[n]e vineta Tarcsaiensia, a meridie vero Berényiensia prospectui eri vervacta officiant, et ab occasu Szarvasinum et Gyomam versus intermissa collibus artificialibus apparet planitias.

Domus, taxae dominali subjectas 964 pagus numerat, quibus si 31 alias, quas incl[itu]m d[omi]nium, communitas, ecclesiae et scholae tenent, addideris numerus aedium millenarium prope attinget. Suas inter sedes incl[itu]m d[omi]nii aestivalis hoc demum vere (tudniillik 1806-ban) omnibus partibus expleta Tessedik cubilia cum duabus cameris continens non parvum pagi ornamentum, praeceteris eminet. Ad pulchiora aedificia in eadem platea posita referi qu[o]q[ue] merentur domus communitatis, habita[t]io ei adjuncta notarii localis et sedes scholae latinae futura. Nova praesertim platea occidentalem pagi longitudinem linea rescitissima emetiens et non multo secus 140 tecta numerans suavissimum praebet prospectum. Fumariis ligneis ex sapienti incl[itu]m d[omi]nii ac comitatus dispositione ubiq[ue] pedetentim jam lateracea succedent, domusq[ue] novae, urgente rem incl[itu]m d[omi]nio duabus ad plateam fenestris instructae esse debent. Granarium d[omi]nale methodo fagotiana exstructum a duabus anni jam pagum ornat. In longitudine 16 orgyas 4 pedes, in latitudine 6 orgyas 2 pedes habens, 15 suis tubis 25 000 metretarum posoniensium capax, nec non duplici tabulato supremo instructum.

Molas in possessione numeramus 22. Lapidem enim 20. Frumentum frangunt, et in duabus oleum paratur. Diorum ima pneumatica est, reliquae ab equis agitantur. In dominali mola pollen quoq[ue] subtilissimum farinaceum paari potest. Quinque lapides communitas, sec ecclesiae et duas schola latina tenet. m.) reliqui privatorum sunt juris.

[p. 78.] Non parum decoris accedit pago ex arboribus (praesertim moris et acatiis) quibus platea praeceteris Germanicae consitae apparent. Quod simul una cum horti frequentibus, nec non vicinitate Krisii, et vinetorum non parum ad salubritatem aeris confert.

Aer. Ceterum parte, pro depresso loci situ, est saluberimus, nec ullo contagioso miasmatis, ut conplures de oris Trans-Tibiscanis pessime somniarunt, inquinatus.

Morbi peculiares, qui ab aeris temperies derivari possent, dei favente gratia nulli hic grassantur, scorbutus enim, qui interdum miseriorem subditorum classem diro modo divertat et abripit, non ab aere deduci potest, quippe qui potius a victus ad aequati, et fors e[ti]am focalium penuria hyeme oriri solet. Carnium enim suilium et lardi immodicus penes quietem hybernum usus, vini brassicae, aliorumq[ue] olerum defectus malum hunc vel maxime causare videntur. Non possum hic silentio premere me in immensa cochleariae drabae copia (borsika torma, Wildes Löffel-Kraut, slavica klasska) qua prata nostra nonnunq[uam] tecta videntur, aptissimam medelam videre, quam benigna natura malo locali in loco ipso adfere videtur. Medicorum erit effectum plantae hujus quem celeberrimi comitatus nostri medici Riegler et Beyslag tam valentem hoc in morbo saepius expertitunt a contemptu et neglectu vindicare.

Incolae in ultima regnicolari conscriptio[n]e n[ume]rus incolarum huius pagi 5702 animas adaequavis. Proportio eorum secundum natio[r]um et religio[n]um, queis profitentur, diversitatem, haec fere est: secund[um] conscript[i]o. Ekklesiasticam [!] anni 1805 scilicet proxime praeteriti.

[p. 79.]

- a.) Augustanae Confessionis addicti slavi habent matrimonia 631. Animas 2715.
- b.) Augustanae Confessionis addicti germani habent matrimonia 330. Animas 1718.
- c.) Helveticae Confessionis addicti hungari habent matrimonia 270. Animas 1206.
- d.) Graecoritui non uniti addicti animas 100.

e.) Romano Catholici addicti animas 40.¹
Summa animarum = 5779.

x.) Vulgo assumitur slavos et germanos $\frac{3}{4}$ numeri totius, hungaros $\frac{1}{4}$ circiter efficere. Ceterum genus et laudabilis inter hasce diversas nationes obtinet, consensus. In re enim eccl[esi]astica et scholastica quaevis peculiaribus suis paret propositis. In re vero civili a senatu communi, pro diversitate nationum ad aequam proportionem compositi omnes regunt[ur], iudicibus ex candidatis trium nationum pluralitate votor[um] electis alternantibus.

Templa incolae August[anae] et Helvet[icae] confessioni addicti tria tenent:

1. Templum slavorum evang[elico]rum g[ra]titudine et elegancia prae ceteris duobus eminet. Anno 1797 usibus sacris ritu solemni destinatum, a tempore primi slavorum in hunc pagum ingressus quartum jam est. Turris horologio, et tribus campanis provisa videtur.
2. Templum germanorum evangelicorum ab a[nn]o 1787 nationi Germaniae primum cum turri, horologia ab a[nn]o inde 1805 jam secundo, et campanis duabus instructa. Organum, quo cantus regitur post Szarvasiense ad optima huius generis in comitatu opera pertinet.
3. Templum reformatum hungaricum ejusdem fere, quam germanicum extensionis, ab anno inde 1703 jam quintum a[nn]o 1784 usibus sacris patere coepit. Turris templo adnexa campanas tres habet.

Quos templa tot etiam v[erbi] d[ivini] ministri in totidem parochiis peculiaribus Berényii habitant.

[p. 80.] Haut hic elenchum quoq[ue] v[erbi] d[ivini] ministrorum qui rem sacram ab incunabilis inde possessionis moderabantur adnectere. Hi vero sequenti semet ordine exceperere:

a) Apud reform[atos] hungaros primus in hac nova pagi obsessione rem eccl[esi]ae moderandam suscepit admodum reverendus d[omi]nus Johannes Mándoky. Eum secuti sunt 2^o Johan[nes] Dávidházy. 3. Stephanus Sallay. 4. Johannes Berhiday. 5. Johannes Baksy et 6. ab anno 1769 vir vel jam senio venerabilis a[dmodum] r[everendus] d[ominus] Johannes Molnár.

b) Apud slavos primus in quantum scitur, Verbi Divini praeconem egit a[dmodum] r[everendus] d[ominus] N[icolaus] Konik. 2. N[icolaus] Farkas. 3. Martin Chovari 4. N[icolaus] Burjáni. 5. Samuel Petkó subquo germani ei slavos in re sacra discadentes peculiarem sibi verbi divini ministrum introduxerunt. 6. A[dmodum] r[everendus] d[ominus] Daniel Zakharides qui hucusq[ue] a 22 annis eccl[esi]am cum applausu et fructu moderatur.

c) Apud germanos a tempore suae a slavos separatio[n]is i[d] e[st] ab anno 1745 sequentes v[erbi] d[ivini] ministri erant: a[dmodum] r[everendus] d[ominus] Rudolphus Walther qui coetum sacrum rexerat usq[ue] ad annum 1771. 2. Ferdinandus Oehs. y.) et ab anno 1785 a[dmodum] r[everendus] d[ominus] Zacharias Oertel coetum sacrum natio[n]is hujus maximo zelo felicissime regis.

Scholae quaevis eccl[esi]a duas habet scholas nationales, quibus totidem docentes praesunt. Schola vero senioralis latina utriusq[ue] confessionis discipulis aperta, quatuor docentes nunc numerat, ita ut pago nostro decem viri scholastici rei scholasticae praesint. z.)

Pagi per colonos occupatio (impopulatio) post funestam turcarum in Hungariam invasionem ultimam [p. 81.] plaga haec fere omnis, cum maxima c[on]t[ra]tus parte usq[ue]

¹ A szövegben az összeírás kétszer szerepel: az első verzió át van húzva. A szövegkiadás a végleges, tisztázott verziót tartalmazza. [A szerk.]

ad annum 1685 inculta jacuit. Juris potissimum excelsae camerae regiae. Primi post tristia haec fata territorii nostri accolae, uti ex matricula Debreczinensi patet, Hungari reformati fuere, qui admod[um] rev[erendum] d[omi]num Johannem Dajai anno 1702 verbi divini ministrum, introduxerunt. Anno sequenti 1763 ecclesia haec ex 26 circiter matrimonis constans campanam primam sibi comparavit. v.) Oratorium primi incolae, habita culis subterraneis uti ex arundine sibi conposuerunt. Verum tempora infelicia Rakotiana, tertio jam ab ecclesiae et possessionis ortu anno, utramq[ue] dissolverunt.

Illustrissimus demum d[omi]nus Georgius Harucker, ob merita quae in bello turcico de exercitu caesarei regio sibi conparavit maxima, dominum impetravit Gyulense, totum tunc fere comitatum et partem etiam Aradiensis conplectens, ab excelsa camera sibi et posteris suis impetravit. Ad hoc d[omi]nium, territorium quoq[ue] nostrum spectabat. Ut vero praedia tanta desolata ac deserta, patriae et posteris suis utiliora redderet, ab anno 1716 novis colonis in bonis suis considendi copiam fecit. Et cum paterna plane benevolentia frequenter adventantes colonos susciperet ac protegeret, brevi tempore maximam territorii sui partem a diligentissimis ruricolis occupatam videt.

In hac fere tempora incunabula pagi quoq[ue] nostri invident. Slavi enim evangelici Szarvasienses his annis territorium primi intrarunt, sedem hic sitam querentes. A quo tempore per se et per advenas ec superioribus patriae partibus aucti et ekkl[esi]am [!] tenuem quidem primam fundantes a[nn]o 1723 primam sibi campanam procuravere.

[p. 82.] Germania colonia ex Alstatis, franconibus et germanis indigenis composita annis 1721 et 1725 pedem hic primum fixerat multis advenis et VadKert et KisHarta (incl[itus] co[m]it[at]us Pesthiensis) demum aucta, usq[ue] ad annum 1745 eodem cum slavibus praecone, et usq[ue] ad annum 1786 uno templo usa.

Hungari reformati restauratio ita pago ex vicinis possessionibus Sarkad et Doboz et aliis, ultimi tandem accesserunt, novam dein eccl[esi]am formantes quae hucusq[ue] floret.

Illustris meritis suis Georg[ius] Harucker duos filios successores reliquit, Josephum et Franciscum per augustissimum terrae principem in ordinem liberorum Imperii Germanici baronum adsertos, quorum posterior incl[ito] c[omi]t[at]ui nostro, qua supremus comes (főispán) per aliquot annos praefuit.

His vero quoq[ue] absq[ue] masculo haerede decedentibus, totum incl[itum] d[omi]nium annuente summo terrae principe ad haeredes sexus alterius omnibus cum iuribus transiit.

Nos in divisione bonorum ab illustrissima fa[ct]a susceptae, ei parti adscripti sumus, quae illustrissimae quondam dominae Barbarae e comitibus Zsiscovicz natae l[iber] b[aro] a Harucker, cessit, a qua vi transactionis territorium nostrum 1799 in suum assumpsit [!] peculium excellentissima domina Carolina e l[iberis] b[aroni]b[us] a Vencheim nata l[iber] b[aro] a Rosenfeld. Cujus sub materna cura in septimum jam annum felicem et tranquillam trahimus vitam.

VIVAT floreat, diu incolumis ac superstes cum illustrissima sua sobole in decus patriae dulcissimae et in emolumentum subditorum SUORUM.

[p. 83.] Az előbbi oldalakon körbe-körbe látható betűk magyarázásunk másolatában ide toldva.

Az a-tól f-ig való jegyzetek, mint maradhatók, kihagyatnak.

71^{dik} oldalon g.) Vir hic eximius, quae ad historiam possessionis hujus antiquissimam non minus quam ad rem ejus hidiernam, praesertim vero ad topographiam eius pertinent, diligenti cura collegit, et in archivum incl[iti] d[omi]ni deposuit. Cuius opusculi si copia mihi nunc fieri potuisset omnio labori quoq[ue] huic meo non parum perfectionis accessisset.

h.) Hoc quidem praenomine pagus noster optime a locis eadem modo appellatis ac in c[omi]t[ibus] Sopron, Tolna, Temes situi distinguitur. Sunt adhuc praeter has aliae novem possessio[n]es in patria nostra Berény dictae, quae tamen praenominibus suis: Csák – Sáros – Karancs – Kis – Lovas – Nagy – Vörös – Sáros² satis bene ab invicem differunt.

72^{dik} old[alon] i.) Campanula haec in turbis Racotianis a fugientibus primis incolis puteo immersa est unde a repetentibus suas sedes colonis hungaris post 30 fere annos, seniculo aliquo Békésiensi Francisco Győri locum indigitante iterum protracta est.

k.) Aes hoc ante quadrennium (scilicet 1802) fusori Pesthiensi 10 R[henensis] fl[orens] re veruditum est.

l.) Denominatis haec quamquam a loci situ deprompta, nunc iam in usu non est.

m.) Et vel ideo jam nunc ineptum (scilicet KisBerény), quod locus duplex alter comitatus simigintis, alter Simigiensis, alter Veszprémiensis eodem insigniatur.

[p. 84.]

A 73^{dik} oldalon n.) Sessionum apud nostros sunt classes pro diversitate soli. Primae classis terram optimam continentis sessio continet 64 jugera. Classis secundae 66 jugera. Classis tertiae 68 jugera. Unum vero jugerum 1600 quadr[atas] orgyas continet. Nostrae sessiones ad primam classem pertinent.

o.) Ita traditio fert praedium totum Félhalom duorum rusticorum usibus tunc relictum fuisse.

74^{dik} old[alon] p.) Incommoda haec omnia Varro noster hungaricus venerandus ac clarissimus d[omi]nus Samuel Theschedik in opere suo monitis et consiliis rectissimis pleno, sat vividis coloribus depingit. Vide eius *der Landman in Ungarn, was er ist, und was er seyn könnte*. 1787. pag[ina] 69. 99. seq[uentes].

75^{dik} old[alon] q.) Possessiones nempe aliae ad incl[itum] d[omi]nium nostrum pertinentes sunt: Tarcsa, Körösladány, Szeghalom et Füzesgyarmat, quorum adumbrationem si Deus vitam et vires benigne largitus porro quoq[ue] fuerit, alia occasio[n]e exhibituri sumus. (tudniillik ez ígéretet a szerző, rector Skolka András úr teszi, teljesült-e, avagy nem, nyomába nem akadtam. Túri D[ániel] m[aga] k[ezével])

r.) In foro magno Váradensi, Berényiensi frumento praecipuum est praetium, ubi ita praeplacet, ut Pestini Tarcsense, Öcsödiense et KunSzentMártonense.

75. old[alon] s.) Uvae nostrae vinum dant, quod colorem medium album inter ne rubrum tenet. Expraestae per saccos vinum demissunt album, dui vero, ac ut hic fieri solet per duas plane septimanas unacum pedunculis et vinaceis lacubus vinariis reconditae mustum praebent atrorubrum.

76^{dik} old[alon] t.) Berényienses in re apiaria si non superant, et quent tamen Békésienses, Dobozienses et Vésztőienses.

² A 9 félé praenomenű Berényekhez még egy 10^{diket} is lehet adnunk. T[udni] i[llik] JászBerényt. Turi Dániel m[aga] k[ezével].

77^{d[ik]} old[alon] u.) Molae, quae in subsidium scholae struuntur nondum ex toto perfectae sunt.

79^{d[ik]} old[alon] x.) Accrevit ergo n[ume]rus ei tempore conscriptionis regnicolaris – anno 1805 praeterito facto – 77 animis.

80^{d[ik]} old[alon] y.) A[dmodum] r[everendus] d[ominus] Ferdinandus Ochs ante hos duos annos scilicet 1804 Cassoviae, qua v[erbi] d[ivini] m[inister] nationis Theutonicae fati functus.

[p. 85.]

80^{d[ik]} old[alon] z.) Nationales scholas hoc tempore scil[icet] 1806 moderantur:

a.) Slavicas: Thomas Klinovszky et Joh[annes] Dobrowodszky.

b.) Germanicas: Paul[us] Beniam[inus] Szemian et Nicol[aus] Busz.

c.) Hungaricas: Andreas Nagy et Andreas Varga.

Scholae vero latinae praesunt 1. a[dmodum] r[everendus] et clariss[imus] d[omi]nus Zacharias Oertel rerum sacrarum et linguae graecae et gallicae professor. 2. Andreas Skolka scholae senioralis p[leno] t[itulo] rector. 3. Georgius Krizs sintaxeos et 4. Andreas Bako grammatices professores. Quibus futuro cursu scholastico accedet professor linguae ac literaturae hungaricae ad mentem venerabil[is] Districtus Montani et ven[erabilis] senioratus Békésiensis ex ordine candidatorum reform[atorum] evocandus.

81^{d[ik]} old[alon] v.) De qua campana vide superius sub titulo nomen pagi.

Mind ezen szükséges tudnivalókat néhai t[iszteletes] cz[ímzetes] Skolka András helybeli professor 28 nyomtatásban kijött munkáiból hitelesen lemásolta – és mint bizonyára érdekeseket köztudomás végett ide beírta MezőBerényben december 12^{dik} napján 1846^{dik} évben:

Túri Dániel m[aga] k[ezével]
ez idő szerinti ref[ormátus] lelkész.